



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

VI. Responsales Domini Papæ ad Ottonem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Psalm 44.

& eius successoribus; ideo ab hac linea, ab hac virga directionis, virga regnorum pontificatum, & omnium potestatum in Ecclesia, insanum duxi aberrare. Vobis igitur pater sanctissime, & sanctæ matri nostræ Romanæ Ecclesiæ collum deuotè submittens, auxilium & consilium de rebus meis flagito. In obsequio enim Domini mei Imperatoris per annos aliquot degens & gratiam in oculis eius inueniens, suspectam habens, in manu principis in vestituram; semel & iterum, cum dare vellet, renui Episcopatum. Nunc vero iam tertio in BABENBERGENSI Episcopatu me ordinauit, in quo tamè minimè permanebo, nisi vestræ complaceat sanctitati per vos me inuestire & consecrare. Quidquid ergo placeat discretioni vestræ, de me per nuncios mihi significate seruo vestro; ne forte in vanum curram, si ad vos currere incipiam. Omnipotens mihi propitium incolumitatem vestram custodiat.

Gal. 2.

Dominus autem Apostolicus visis literis gauisus, eo quod pauci Episcopi TEUTONICI regni, in ea malignitate temporum, matri suæ vt iustum esset, deferrent, ac ei tales literas destinauit.

RESPONSALES DOMINI

Papa ad Ottonem.

VI.

*Pro. 10.**leg. quærotius.*

RASCHALIS seruus seruorum Dei OTTONI dilecto fratri Babenbergensis Ecclesiæ electo salutem & Apostolicam benedictionem. Filius sapiens lætificat matrem suam. Opera tua & consilium tuum, virum præferunt sensatum. Nos igitur honorare, & profectus tuos iuuare congruum duximus. Nihil ergo de nostra benevolentia dubitās tua nobis * quod totius valens præsentiam exhibeto. Certi enim sumus quod diuina sapientia etiam malis hominibus bene vti nouit.

Quomo-